Incipit Liber Secundus.

TITVLVS I.
DE FEVDI COGNITIONE. [a]

Cauſæ generaliter aut decīdūtur iure Romano, aut legibus Longobardorum, aut cōſuetudine: ſed cauſæ feudales deciduntur conſuetudine, quæ uincit legem in hac parte: licet contrariū dici ſoleat: conſuetudine autem deficiente decidi poſſunt etiam lege ſcripta. Bald.

OBertus de Orto, Anſelmo filio ſuo dilecto ſalutē. Cauſarū, quarū cognitio frequēter nobis cōmittitur, alię dirimuntur iure Romano, aliæ uerò legibus Lōgobardorum, alię aūt ſecundū regni cōſuetudinem, quę quanquam ſint uariæ, & quanquam ſecūdum diuerſorum locorum, aut curiarū mores ſint diuerſę, nec breuiter poſsit dici, nec hoc libello facilè cōprehendi: uſum tamen feudi, qui in noſtris partibus obtinet, prout poſsibile eſt, exponere tibi neceſſarium duxi. In iudicio etenim qđ de feudis agit, illud legibus noſtris contrariū dici ſolet. Legū autem Romanarum nō eſt uilis authoritas, ſed nō adeò uī ſuā extēdunt, [b] ut uſum uincant, aut mores. Strenuus autem legiſperitus ſicubi caſus emerſerit, q cōſuetudine feudi nō ſit cōprehenſus, [c] abſq; calūnia uti poterit lege ſcripta. Sciendum eſt autem feudum ſiue bñficium, non niſi in rebus ſoli, aut ſolo cohęrētibus, [d] aut in ijs, quæ inter immobilia [e] connumerātur (ueluti cū de camera, aut de cauena [f] feudum datur) poſſe conſiſtere: ac feudū neminem poſſe acquirere, niſi inueſtitura, [g] aut ſucceſsione. [h]

TITVLVS II.
QVID SIT INueſtitura. [i]

Inueſtitura alia propria, ut poſſeſſio: alia abuſiua, ut quando haſta, uel aliud corporeum porrigitur uaſallo a domino pro inueſtitura. Bart.

INueſtitura quidē ꝓpriè dicit poſſeſſio: abuſiuo aūt mō dicitur inueſtitura, quādo haſta, vel aliud corporeū qdlibet porrigit à dño feudi ſe īueſtiturā facere dicēte: quæ ſi quidē ab illo fiat, qui alios habet uaſallos: [k] ſaltē corā duo

a DE FEVDI COGNITIONE.

Quidam non habent de feudi cognitione.

b OBertus de Orto. Vim ſuam extendunt. ac ſi aperte dicat, conſuetudo in feudis uincit leges, licet cōtra dicatur. C. q̄ ſit lon. conſue. l. conſuetudinis, ſed hoc intelligo de æqua, nō de iniqua conſuetudine, ibi nimirum mala inuenta, & malæ conſuetudines nō cōfirmantur etiā longo tempore, ut in authen. ut nul. iudi. §. nulli uero, collat. 9. & in decre. di. 8. c. mala conſuetudo, &c. conſuetudo.

Conſuetudo in feudis leges uincit.

c Comprehenſus. ac ſi aperte dicat: argumentis non eſt credendum, niſi in cōſuetudinib. feud., licet in legibꝰ repiatur contra, ff. de remil. l. non omnes §. à barbaris. Sed nunquid de ſimilibus ad ſimilia eſt procedendum? & utique ut opinor, ut in legibus, ff. de leg. & conſtitu. l. non poſſunt. Quid eſt ergo quod dictum eſt in feudo, quòd argumentis non eſt credēdum? Reſpon. intelligas: quando ſimile non apparet, & lex quid fieri debeat, indicat, nam tunc ſequenda eſt, l. & arg. ſuperflua non conceduntur. ergo hic primo conſideratur conſuetudo: ſecundo ſimilia, uel lex. Nam lex conſuetudini non poteſt obuiare, quod eſt intelligendum, ut ſupra. ſimile legitur in decretis, nam nec decretis poſſūt obuiare leges, ut in decre. x. diſt. lege.

Decretis leges obuiare non poſſunt.

d Cohęrentibus. uelut in rebus immobilibus, & quod ſequitur, aut ſolo cohærentibus, utputa in fructibus qui pendent in fundo, qui utpote fundi pars, ipſi fundo cohęrere dicuntur: nam fructus pendentes fundi pars eſſe uidentur, ut ff. de rei uen. l. fructus.

e Immobilia. ut ſunt panes ciuiles, ut C. de iure. do. l. fi. §. præterea. Sed nunquid debitorum nomina inter immobilia computantur? Reſpond. hoc ab antiquo quæſitum eſt, & alibi ſatis diſputatum, & ideo omittimus.

Debitorū nomina inter immobilia numerantur.

f De cauena. melius dixiſſet iudicio meo ueluti fe. &c. ut ſic intelligatur, q non ſit expoſitiuū illius uerbi, aut in his quæ inter immobilia computātur, & ſic feudum cameræ aut cauenæ computabimus in rebus immobilibus, uel etiam ſolo cohærentibus, ut ff. unde ui. l. 1. §. 3. Accur.

g Niſi inueſtitura. intelligo aut eo, quod habetur pro inueſtitura, ut puta cum iuſſerit dominus aliquem ire in poſſeſſionem. licet enim poſſeſſionem non tradiderit, pro eodem tamen habetur, ut j. de conſue. re. feud. c. ſciendum, licet illud feudum ad hæredes non trāſeat, ut ſ. quib. mo d. feu. po. conſtit. c. ſciēdum, & ideo ſimile eſt huic, quod dicitur actore non probante, reus, & ſi nil preſtiterit, obtinebit, ut gloſſatur. C. de eden. l. qui accuſare. nam licet hic deficiat inueſtitura, ſufficit tamen quaſi inueſtitura: ſicut & ibi licet deficiat probatio: ſufficit tamen quaſi probatio: quia intelligitur iuſiurandum delatum & præſtitum. ſuccedit enim loco probationis iuſiurandum, & quaſi probatio appellatur, ff. de iureiur. l. non erit, § dato, & l. ſed & ſi. §. fi. & l. ſi tutor. Acc.

Iuſiurandum loco probationis ſuccedit.

h Aut ſucceſſione. iſtud poteſt habere locum in cohæredibus, ſed non in filio, cum patri ſuccedat: nimirum quia etiā uiuente patre dominus intelligitur, ut inſt. de hære. qua. & dif. §. ſui. & alibi dicitur quod pene ad propria bona uenire intelligitur, ut ff. de ſuc. edi. l. 2. §. largius, unde nihil ei de eſt præter adminiſtrationem, ut ff. de lib. & poſth. l. in ſuis. Ex his ergo colligitur, quòd filij non acquirunt patri ſuccedendo, ſed acquiſitum capiunt. Accurſius.

i QVID SIT INVESTITVRA.

Quidam non habent hic titu. & malè.

k INueſtitura. Vaſallos. circa hūc articulū talis eſt facienda diſtinctio: aut agit de noua īueſtitura, aut de veteri: aut dñs habet pares, aut nō. Item aut ua. poteſt probare per breue teſtatū: aut nō: alias